

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Caspar March

**Programma Quo Ad Festum Michaeli Archangelo Sacrum devote celebrandum, ut
& Angelicae Custodiae Piam Meditationem Omnes Academicci Ordinis Cives pie
recepto more serioq[ue] invitat**

[Rostochii]: Kilius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735632065>

Druck Freier  Zugang



65

PROGRAMMA
Quo
AD FESTUM
MICHAELI
ARCHANGELO
SACRUM

devotè celebrandum,

ut &

ANGELICAE CUSTODIAE PIAM
MEDITATIONEM

Omnes Academicci Ordinis Cives
piè recipiō more serioq; invitat.

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

P. T.

RECTOR

CASPAR WERCK/ D. Med.
ac Mathem. Prof. P.



Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. M. DC. LXX.



Lluxit iterum Orbi Christiano, &
nobis quidem, Cives optimi, licet
bellorum undiq; strepitu circum-
datis, in Pace (sic gratia summa æter-
no Numini) sacer ille dies, quem
Angelorum Festum Ecclesia nuncu-
pat; Non, ut cum supersticosa
Papicolarum gente lanctissimo-
rum spirituum agmen adoremus, aut idololatricum
illud intimemus: Summi Regis Archangele MICHAEL,
intende, quæso, nostris precibus; Tu Deum obsecra pro no-
bis, ut mittat auxilium misericordie: sed ut cum æternum illu-
lum MICHAEL, qui verè, pariter ut Pater, Deus est, re-
ligioso cultu prosequamur, cum ut Angelici in sacris
propositi Belli, & ad mundi usq; finem continuanda
pugnæ salutarem memoriam recolamus. Creaverat
enim summus Naturæ universæ Conditor in ipso re-
rum initio innumeræ subtletias immateriales, puris-
simas, lucidissimas, sibique inter creaturas omnes
quam maximè similes, adeoq; ad indesinenter amo-
ris, & promissimi obsequii cultum devinctissimas;
Horum in. purissimorum spirituum aliquis ab exi-
mia

mia pulchritudine Luciferi nomen adeptus, postquam
cū insigni alia multitudine sui similiū ab Auctore suo
malitiosō fastu defecera^t, ceteris in pristina reverētia
constantibus ducem se se dedit increatus ille Angelus
Fœderis MICHAEL, Æterni Patis unigenitus Filius,
ipseq; JEHOVAH, collatisq; signis adverius desertorem
suum ita pugnavit, ut illico eum, una cum omni exercitu
suo ē cœlo depulerit, ac in tenebris osos inferorum
abyssos destruerit, ē quibus emergendi unquam
potestatem penitus amisit, contranitendi camen Crea-
tori suo, & offendendi ac se ducendi humanum omne
genus malitiam depositus nunquam; in cuius proin-
de tutelam potentissimum illud sanctissimorū cœli-
tum agmen postmodum destinavit summus ille uni-
versi Moderator, cui adeo renovandum postea fuit
gerendumq; continenter bellum illud cum iis ipsis,
quos semel satis superq; sub infinito duce suo debella-
verat. Nequaquam enim cæsi hi & fugiti vi mali Spi-
ritus animos desponderunt, sed hydram illam, quæ se-
ctō capite valentior exsurgere dicitur, imitati, vafer-
rimē ac violentissime homines sunt aggressi, & eam
provinciam improbo conatu invadere ac vastare cœ-
perunt, quam sanctissimorum sibi q; proinde infensis-
simorum Angelorum curæ ac vigilanz demanda-
tam invidebant. Nec etiam num à scelestissimo isto
opere vacant aut feriantur, sed inexplicabili perden-
dorum hominum desiderio flagrantes, quotidie ad-
huc

huc obambulant, omnisq; in universum statū homi-
nibus insidias struunt, & non fortunis tantum aut cor-
poris in columitati, ipsiq; vice, sed animæ etiam ejus-
demq; saluti crudeli rictu excidium minantur; neq;
frustrarentur isti fine suo, nisi in præsidium imbelli
mortaliū generi angelicam custodiam & prote-
ctionem Divina benignitas indulisset. Ut ut verò
nullus non hominum status insidiis ac fraudibus ad-
versissimi hostis sit expositus, nulli tamen majori
odio vires suas & armā intentat, quam Ordini Ecclesia-
stico, utpote cui tantò infensor existit, quò majus in-
de sibi suoq; detestabili regno damnum ac detrimen-
tu in inferri posse agnoscit. Hinc nunquam non ope-
rosus est, ut vel doctrinarum errores iis insinuet, vel
adfectus eorum depravet, ac morum pravitates iis-
dem imprimat, cognitum ratumq; habens, vice im-
probitate plus destrui, quam communi doctrina ac
præceptionum veritate adificari, tractis in exem-
plum moribus & actionibus eorum, quibus fidem ac
obsequium tribui cæteroquin par est. Quod si intrin-
secus corrumpere hujus primi ordinis homines non
conceditur, externis eos injuriis aggreditur, & vel
per venega aut crudeles tyrannorum manus eos de-
mediotollere, vel contumeliis ac cavillationibus ma-
lè feriatorum hominum eos in opere pietatis turbare
ac delassare allaborat, idq; operam dat unicè, ne pro-
nas in sui obsequium mentes cordatis ac severis de-
horta-

hortationibus retrahant, & ab exitii amplissimâ
viâ in salutis angustiorem semitam feliciter deduc-
cant. Contra hæc tamen Ecclesiasticis ab infernali
Cacodæmone intentata incommoda auxilium
potentissimum subministrat Dux iste Exercitum
MICHAEL summus, interna quidem illa sui Sancti
Spiritûs gratiâ in habitatione concessâ dispel-
lens, externa verò per Angelos protectores, suæq;
benignissimæ voluntatis executores, felicissime
prostigans & antevertens. Ad exempla provoco
Jacobi Patriarchæ, & Prophetæ Elisei, quos inte-
grî Angelorum exercitus adversus hostes defende-
runt; Danielis Prophetæ, cui inter Leones seden-
ti Angelus adfuit Leonum ora obturans. Petri im-
primis Apostoli, qui carceri inclusus, catenis vin-
ctus & militum catervâ benè custoditus, ab Ange-
lo tamen carceris caliginem illustrante à somno
excitatus, à vinculis expeditus, per medios satelli-
tes tutò deductus, plenus ob miraculosam libera-
tionem gaudii ad suos reverti potuit. Porrò in
Statu Politico, qui Civitatum ac Rerum publicarum
moderatores existunt, quos non intensissimi hu-
jus hostis insultus experiuntur? quas non insidias
animadvertis? quibus non imperuntur ab ipso
violentis? Modò enim externos hostes adversum
ipsos concitat, qui regimen divinitùs concessum
iis eripere, provincias vastare, urbes everttere, ci-
vesq;

vesq; bonis omnibus, vitaq; ipsa privare crudelissime desudant; Modò Consiliarios corruptit ac perniciosâ implet pravitate, ut non nisi cruenta & publicæ Principis ac Imperii, privatæq; Civium saluti pestifera consilia suppeditent, quib^o eliminari justitiam, moresq; in Repub. bonos, omnemque pessundari prosperitatem contingit. Sed hâc quoque in parte præstò est semper MICHAEL noster cum innumerabili cœlestium & fortissimorum cohortium copia, pro publica privataq; salute excubantium, quorum ministerio, invictâq; dextrâ frenum injicit crudelissimo inferorum tyranno, quod, si quando in vindictam peccatorum, & demonstrationem sinceritatis piorum remittit Moderator Optimus, ad supplicationes pœnitentium & fiduciam eorum qui ad invictissimum nomen ejus, arcem illam insuperabilem, confugiunt, mox iterum adducit. Quo sit ut de eo satis securi simus, ultrà, quām justum & salutare visum fuerit Domino Deo nostro, judici usq; quaq; justissimo, prudentissimoq; rerum omnium Gubernatori, nos ab immanni isto Cerbero non allatrari, nedum vulnerari posse. Quod verò astum istius attinet, et si veterator sit callidissimus, nec in mundo extet prudens, quæ antiqui illius Draconis vincat aut impediatur artes, noster tamen MICHAEL & qui militant ipsi, cœlestes Spiritus, quemadmodum Dæmoni
qui

qui in Persarum olim Regis aula resturbaturus erat, non ne-
mo ex eorum numero felicissimè restitit, ita quoque infer-
nalis hujus præceptoris & contubernialum ipsius inten-
bris cūsas machinationes incredibili sagacitate antever-
tendo elidunt, & astutissimorum consiliorum effectus in
deridenda non raro ludibria convertunt. Nec minor et
iam sancti nostri MICH A ELIS in Re familiari morta-
lium tuenda & cura est & felicitas. Nam cum hæc funda-
mentum & origo sit, uti omnium hominum, ita quoque eo-
rum, qui Republicam, in Ecclesiasticis doctrinâ, in Civi-
libus consilio manuq; gubernant, noster hic inimicus va-
ferrimus non tantum externis afflictionibus & persequon-
tionib; gravissimis eos qui in societate domestica vivunt,
infelicit, verum etiam, id quod perniciosissimum est, à tes-
nerrima confessum infantia. immò verò ipso primo halitu
intima hominum pertentat cordium penetralia, omnem
que movet lapidem, ut quoad ejus fieri potest, unā cum an-
nis & ingenio vires sumat, & succreget indies originale il-
lad, quod innascitur nobis, & quam intimè immedicabili
ehu / lue insitum infixumq; est peccatum, quod, quæ ad ju-
stitiam & sanctitatem divinitus homini concessa sunt are-
ma, Intellectus & Voluntas, in oppugnationem Regni Gra-
tiae, quod tanquam vestibulum alterius illius, Gloriz sci-
licet, regni in terris adornavit Rex & Pater Cœlestis, con-
vertantur, & illò præclusò, hujus quoq; fruitio miserrimis
mortalibus intervertatur.

Agnoscite ergo, ô mei, immensum benigni Patris er-
ga nos, præ cæteris ceterè creatis tantò favore indignissi-
mos, affectum; Admitite, quæ so, ut luculentissimæ hæ
diviniamoris flammæ accendant, ac salutari reciproci affe-
ctus calore repleant subrigida nostra pectora; Decantate
nomen Jehovæ, Dei Zebaoth, tam illustribus inter nos do-
cumentis

cumentis exaltatum. Sint ora, animi, omnesque in universum vires nostre paratae ac pronae in laudes & gloriam ejus. Absit a nobis foedissima ingratitudo, ut vel tanti beneficii negligenter immemores, vel in extremum malitia gradum delapsi, non tantum quae grata sunt summo Tutori nostro, volentes omitramus, sed committendo etiam quae iniuria ac detestanda ipsi novimus, cadamus miserere cœlesti Ipsius Gratia, ac tutelarium Angelorum familiaritate & consortio privati, infensissimi salutis nostræ Hostis atque Insidiatoris arbitrio relinquamur, mox cuncta Corporis, fortunæ, Animæque ipsius in aestimanda prorsus bona nostra miserrime pessundatur. Plura in hanc rem & intimius forte penetratura hodie suggesterent fidissimi ac suaviloqui (quorum nobis hic copiam gratiosa Dei Bonitas fecit.) Verbi Divini precones. His itaque artetas praebeam aures, animumque accommodemus liberum a malignis affectibus, vacuum curis, alienum a vanitatibus mundi, piissimis contraria proficiendi in cognitione salutiferâ, virtueteque emanatione desiderii plenissimum.


Nostris Deus annue Votis.

P. P. Sub Sigillo Universitatis die XXIX.
Septemb. Anno M. DC. LVIII.



qui in Persarum olim Regis aula restitu-
 mo ex eorum numero felicissimè resti-
 tualis hujus præceptoris & contuber-
 bris cūsas machinationes incredibili-
 tendo eludunt, & astutissimorum co-
 deridenda non raro ludibria conver-
 iam sancti nostri MICHAELIS i-
 lium tuenda & cura est & felicitas.
 mentum & origo sit, uti omnium homi-
 rum, qui Republicam, in Ecclesiasti-
 libus consilio manuq; gubernant, ne
 ferrimus non tantum externis afflic-
 tionib; gravissimis eos qui in societa-
 tate infestat, verum etiam, id quod perni-
 nerrima confessum infantia, immo v-
 intima hominum pertentat cordium
 que movet lapidem, ut quoad ejus fieri-
 sis & ingenio vires sumat, & lucrificat
 lud, quod innascitur nobis, & quam i-
 chen / lue insitum infixumq; est pecc-
 stitiam & sanctitatem divinitus homi-
 ma, Intellectus & Voluntas, in oppugna-
 tie, quod tanquam vestibulum alteri-
 licet, regni in terris adornavit Rex &
 revertantur, & illò præclusò, hujus quo
 mortalibus intervertatur.

Agnoscite ergo, ô mei, immensu-
 ga nos, præ cæteris certè creatis ranci-
 mos, affectum; Admitite, quæ so, u-
 diviniamoris flammæ accendant, ac sal-
 litus calore replete subrigida nostra p-
 nomen Jehovæ, Dei Zebaoth, tam illus-



Patch Reference numbers on UTI
 Scan Reference Chart T6263 Serial No. 0746
 Image Engineering

it, non ned
 que infer-
 os in tene-
 ante ver-
 effectus in
 minor et
 ri morta-
 ec funda-
 logue co-
 in Civi-
 nicus va-
 persequ-
 a vivunt,
 est, à tes
 no halitu
 omnem-
 cum an-
 ginalc il-
 edicabili
 uæ ad ju-
 sunt are
 gni Gra-
 oriae sci-
 tis, con-
 ferrimis
 atris er-
 dignissi-
 imæ hæ-
 soci affe-
 cantate
 nos do-
 mentis